



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Habacvc Propheta**

**Habakuk**

**Argentorati, 1526**

**VD16 B 3952**

Equi eius uelociores sunt pardis, & festinantiores lupis uestiginis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35974**

ANNOTATIONES.

dummittimus &c. Et ita demū ipsi absq; miseratione int̄-  
t̄erent. Quare nō incassum sit, quod nobiles ferè pro  
insignibus suis, leones, ursos, lupos aliāque sexua gest̄ēt  
animantia. Indicatur hisce natura illorum.

Equi eius uelociores sunt pardis, &  
festinantiores lupis uespertinīs.

Pardos nunquam ego uidi. terrarum perlustrato-  
res, tradūt esse animal, cui sit pellis uarijs distincta ma-  
culis, foeminas maribus ferociores. Lupi uespertini,  
quod aliqui lupos ex deserto transferunt, nam utrum-  
quē ex Hebreā uoce intelligi potest. Ego tamen lupos  
esse uespertinos potius crediderim, ut hæc sit sentētia.  
Lupos, qui natura rapax, præde inhians ac sanguino  
lentus, uespere tamen longe rapacior sit, quom totum  
diem non cucurrerit, & ita ad uesperam famelicus sit,  
ut idem sit, uespertini lupi, quod famelicī qui diu ci-  
bū non gustarint, ut & Zephania. 3. ait, de falso do-  
ctoribus. Pastores illorum sunt lupi uespertini, qui ni-  
hil residuum ad mane sinūt. Vult ergo Habacuc, quod  
Pardi & Lupi celeres sint, non quod natura uelocio-  
ris sint cursus, præ ceteris animantibus, ceterū quod  
festinent, & aude ad prædam inhient, dum fame diue-  
xantur, & minore misericordia lacerent & præden-  
tur. As similat itaque Babylones Pardis, ac famelicis lu-  
pis, quod festinent & urgeant ad deprædandā & per-  
dendam terram Iuda, ut iterum hac comparatione ter-  
reat, & ad emendationem sui, populum illectet.

C 5      Et